S.I 85-40

Universis & singulis fidem facio Ego Rochus Frans notarius
Publicus Petrusensis auctoritate Regia substitutus ab Honorabili don Joanni
Garriga & de Puig quondam publico Civitatis Bajulie & Vicarie predicte
suarumque pertinentiarum notario quod penes me fuit receptum quod-
dam instrumentum in eius propria tenoris sequentis. Franciscus
Margall, & Anthonius Trauer anno presenti de Cuentis Jurati Univer-
sitatis Parochie de Panniguella dioc. predicte dicto nomine gratis scienter
constituimus Procuratorem nostrum & dicte Universitatis certum
& specialem Honorabilem Franciscum Illius mercatorem Civem
Barchinone absentem. Ad videlicet pro nobis dicto nomine et pro
dicta Universitate et illius nomine. Illas quadraginta quatuor
quarteras frumenti seu aliam veriorem quantitatem per dictam
Universitatem de Panniguella seu per nos ut Juratos predictos illius
nomine mutuatas pro servitio sue Magestatis Emanueli
Fernandez furrieli majori de la Cavallería de las Guardias viejas
de Castilla prout apparet in eorum albarano per ipsum facto
nobis & dicte Universitati die secunda currentis, & per don Agusti-
num de Pyra Proveatorem Generalem dicte sue magestatis
receptas, vel constat alio albarano per ipsum facto in pede dicti ~~primo~~
Emanueli Fernandez sub die sexta currentis, Petendum eligen-
dum recipiendum recuperandum & habendum, habitisque & con-
fitendum, a dicta sua Magestate et seu a suis Proveatoribus Gene-
ralibus & ab aliis quibuscumque illas solvere et restituere debentibus
Et de receptis apocham & apochas albarana fines diffinitiones
et quovis titulo sive causa cessiones et alias quascumque cautelas
faciendum & firmandum, Et substituendum & destituendum
et demum promittentes et obligantes. Actum Petrusensis die vigesima
sexta Decembris Millesimo sexcentesimo quinquagesimo
septimo. Testes mag.cus Emanuel Fabrega Civis honoratus & de
Josephus Font y Rodella Bajulus de Vilanant ‖ F dicti albarani
probo Ego qui supra ‖
De quorum etiam fidem Ego dictus Rochus Frans notarius

2

Sic me subscribo & meum solitum appono sig num.

3

Nº 192 / Poder

GOBIERNO DE ARAGON